

9 tur esse. Innecum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessitate demonstrans. Singula explicat Cicero, quæ nunc non recenseo, cum maxime & de his superioribus q. differimus. Signum & Rhetoricis à notis indicium, vel coniectura, vel nota, vel vestigiū appellatur. Quæ de re in subsequenti quæone disputabimus. Ex- 11 plū & apud artis rhetoricæ scriptores est, quod à nobis simile dicitur. Et de eo accuratè agit Fabius lib. 5. instit. orator. c. 11. Et quæ à simili ducatur argumentū. copiosè dixerit Euerardus in Centuria legali, in loco à simili.

QVÆSTIO VII.

Præsumptio, indicium, coniectura, signum, suspicio, adminiculum, quantum inter se differant, diligens explanatio.

S Y M M A R I V M.

- 1 Præsumptio, indicium, coniectura, signum, suspicio, & adminiculum multum inter se differunt.
- 2 Præsumptio illa dicitur, quæ interdū oritur ex probabilibus, & dicitur præsumptio iuris vel hominis, interdum à necessarijs, & dicitur iuris & de iure, & num. 3.
- 4 Præsumptio unde dicta sit.
- 5 Indicum solum nascitur à probabilibus.
- 6 Indicum quid sit secundum Bald. num. 7.
- 8 Præsumptio directè tangit factum probandum, indicium verò indirectè.
- 4 Indicum esse maius ipsa simplici præsumptione, ut voluit Iulius Clarus, absolute verum non est.
- 10 Indicum appellatur interdum præsumptio, cum à lege receptū, probatumque fuerit.
- 11 Indicum esse pro veritate in civili negotio, et in criminalibus, pro signo, ut voluit Brunus, quo intelligendum, nu. 12. & 13.
- 14 Indicum secundum Bald. duplex, semiplenum seu dubitativum & plenum sive indubitatum.
- 15 Indicij semipleni diffinitio, auctore Baldo.
- 16 Indicij pleni diffinitio secundum eundem.
- 17 Indicum leue est minus ipsa præsumptione, secundum Iaso.
- 18 Indicum à suspitione non differre consuluat Corn.
- 19 Indicum ab indicio, indicas, argumentum veritatis habenda.
- 20 Indicum, latina in significatione sumitur pro nota quadam & demonstratione rei gestæ.
- 21 Coniectura nascitur à prob. bilibus, sicut & indicia ex sententia Baldi.
- 22 Rustici Papienses indicia appellant coniecturas.
- 23 Coniectura dicitur, quia coniunguntur origini suæ, & sunt quasi connexura & colligatura.
- 24 Coniectura, & indicium sunt duo Synonyma, secundum Curt. Sen. & Bald.
- 25 Coniectura secundum Giraldum est præsumptio à natura necessarijs proveniens.
- 26 Coniectura proprie dicitur, quæ non à necessarijs, sed à probabilibus oritur.
- 26 Coniectura est de re dubia, & rei latentis indicium, est que id quod per rationes, & signa & tempora, & huiusmodi conij- 28 tur, id est cogitat & colligit, & num. 28.
- 29 Coniectura à coniecto, coniectas, frequentatiuo, vel à coniectu, id est, directione quadam rationis ad veritatem, secundum Quintil. num. 30.
- 31 Coniectura est acceptio, seu reputatio veri, ex aliquo alio sic verisimiliter ordinato, secundum Bald.
- 32 Signum à Ciceroe definitur, quod sub sensum aliquem cadit, & quoddam significat, quod ex ipso profectum videtur, & c.
- 33 Argumenta omnia quæ à sensibus ducuntur, signa vocantur, quæ verò à intellectu, ducuntur verisimilia, & nu. 35.
- 34 Signum secundum Augustinum lib. 2. de doctr. Christ. est res præter speciem, quam ingerit sensibus aliquid aliud, faciens 30 esse maius ipsa simplici præsumptione. Indicum tantum interdum appellatur præsumptio, cum. f. à lege receptū approba-

- 36 Argumentum verisimile sit ex rebus probabilibus, & quæ plerumque ita sunt, nihilque differt à præsumptione iuris, vel hominis, num. 37.
- 38 Signum necessarium nil differt à præsumptione iuris, & de iure.
- 39 Signa non necessaria à præsumptione iuris vel hominis non distant.
- 40 Signorum quædam naturalia sunt, quæ quasi naturaliter aliquid significant, quædam data, hoc est instituta ad aliquid significandum.
- 41 Suspicio est passio animi, aliquid firmiter non eligentis, vel animi motus ad aliquid, cum vehementi titubatione, secundum Bald. & num. 42.
- 43 Suspicio est opinio mali ex leuibus indicijs procedens, secundum Ciceroem.
- 44 Suspicio secundum Bart. quid sit.
- 45 Suspicio species est quædam probationis, inducens animum iudicis ad aliquid credendum.
- 46 Suspicio ab Alex. Alesii diuiditur in temerariam, violentam, leuem, & probabilem.
- 47 Suspicio habet tres gradus.
- 48 Suspicionis primus gradus quid sit.
- 49 Dubius is dicitur, qui cum duas vias habet, utram eligat nesciat.
- 50 Suspicio quæ dicitur temeraria.
- 51 Suspicio secundum Salic. & Mayner. quid sit.
- 52 Suspicionis secundus gradus.
- 53 Opinio est animi motus cum hesitatione aliquid eligentis, secundum Ripam.
- 54 Ex suspensionibus multis conficitur, atque causatur præsumptio.
- 55 Suspensionem vehementem æquiparari præsumptioni, non est verum.
- 56 Suspicionis gradus tertius quis sit.
- 57 Adminiculum duplex secundum Bald.
- 58 Adminiculum vehemens quid sit.
- 59 Adminiculum non vehemens, quid.

QVÆRO septimò, an inter se differant præsumptio, indicium, coniectura, signum, suspicio, & adminiculum? Et multum inter se differre scribunt omnes. Nam 1 præsumptio & illa est, quæ (ut suis locis diximus) interdū oritur à probabilibus, & tunc appellatur præsumptio iuris, & de iure, de qua quidem egimus supra 3 Interdum oritur & à necessarijs, & tunc appellatur præsumptio iuris, & de iure, de qua quidem egimus supra 4 q. 3. Est præsumptio dicta à f. ditione præ. id est, ante, & sumptio, hoc est ante sumptio; quia ante legitimas probationes aliquid sumit pro vero. Ita scribit Simacas lib. Catholicarum institutionum, tit. 50. de præsumptionibus. nu. 4. Indicum verò solum nascitur & à probabilibus, ut ait Bald. in l. non hoc, col. vlt. C. vnde legit. qui ita visus est diffinire. Est indicium coniectura & ex probabilibus, & non necessarijs orta, à quibus potest abesse veritas, sed non verisimilitudo veri, quæ quandoq; mentè iudicis ita perstringunt, ut cogant conscientiam iudicis iudicare secundū ipsa. Ceterum mihi videtur hoc loco Bal. sumere indicium pro ipsa præsumptione iuris, quæ interdum cogit iudicè secundum eam iudicare, & ab ea iudicij differe, sentit idemmet Bald. in Rubr. C. de probationibus. nu. 4. cum dixit indicium esse præsumptionem & minimam hominis boni, seu dictans argumentū à specie probationis. Et sentit Rom. in l. excipiuntur. nu. 4. ff. ad S. C. Sylla. Et clarius idem Bald. in l. 2. in prin. ff. de excus. tut. scripsit, præsumptionem directè tangere factum probandum, indicium verò indirectè. Et Bald. probauit Curt. Sen. in l. admonendi, nu. 289. ff. de iureiur. Quocirca absolute verū non est, quod scripsit Iulius Clarus in præ. ca. criminali, q. 20 pag. 1. verb. nihilominus, cum dixit, indicium esse maius ipsa simplici præsumptione. Indicum tantum interdum appellatur præsumptio, cum. f. à lege receptū approba-

approbatumque fuit. Ita probat l. si qui ad alterij, vbi gl. C. de adulterijs, & scribit Franc. Brunus in tract. de indicijs, & tortura, parte 2. c. 8. n. 3. quo loci subiungit indicium esse pro veritate in civili negotio, l. vlt. C. fam. er. 2. c. quem locum de præsumptione iuris intelligo. Et & in criminalibus. (ait Brunus) pro signo. Quod verū nō puto 13 & nisi improprie sumatur indicium. Nā & Bald. in l. ea qui- 14 dem, nu. 8. C. de accus. scripsit, indicium esse & duplex semiplenum, seu dubitativum, & plenum sive indubitatum. 15 Est & indicium semiplenū (inquit Bald.) præsumptio fortiter mouens animum ad aliquid credendum, vel discre- 16 dendum, l. cū probatio. ff. de probat. Plenum verò indicium (inquit idem Bald.) est demonstratio rei per signa differentia, per quæ animus in aliquo tanquam existente quiescit, & plus inuestigare non curat, l. indicia, C. de rei vend. l. a. verò in l. 1. nu. 8. ff. de eo. per quem factum erit. 17 docuit, indicium leue esse minus ipsa præsumptione. Cuius traditionem probarunt M. Antonius Blancus in tract. de indicijs, & tortura, nu. 25. 2. & Iacob. Nouellus in præ. criminali, in verbo, indicia, quæ præcedere, nu. 23. Imò respondit Corneus in cons. 101. nu. 18. lib. 2. indicium 18 à suspitione non differre. Est dictum indicium & indi- 19 co, indicas, demonstrans argumentum veritatis habenda, ita docuit Curt. Sen. in l. admonendi, nu. 390. ff. de iu- 20 re iur. Et est indicium & nota quædam & demonstratio rei gestæ. Q. & a latinis in hac significatione sumitur. Cicero pro Cluentio. Omnia, quæ solēt esse indicia, & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore reperta sunt. Et idem in 21 ofone 3. in Catilinā, argumenta sceleris indicia appellat. 22 Coniectura est, quæ nascitur à probabilibus, sicut & indicium, ex sententia Bal. in d. l. non hoc, C. vnde legit. & in rubr. C. de probat. nu. 4. Quocirca idem Bal. in l. 1. col. 3. 23 ver. vnde queritur, C. de priuileg. dotis, scribit coniecturam esse idem quod indicium: & rutilicos Papienses & appellare indicia coniecturas. Et subiungit Bal. coniecturas 24 dici, & colligaturas. Et clarius docuit Curt. Sen. in l. admonendi, n. 290. ff. de iureiur. coniecturam, & indicium, 25 esse & duo Synonyma, quod sentit & Bal. in l. 5. in prin. ff. de excus. tuto. cum dixit, quod coniectura æquè indirectè tangit factum probandum ac indicium. Legi tamen aliquando apud bene eruditum Lelium Gregorium Giraldum in cōmentarijs symbolorum Pythagoræ, coniecturam esse signum, quod natura ipsa demonstrat, ut lac in puerpera, fumus ex igne. Quod si ita res se hēt, dicendum 26 est, coniecturam esse præsumptionem à natura necessarijs provenientem. Quā suo loco iam explicauimus. Ego existimo, coniecturam propriè edici, quæ non à necessarijs, sed à probabilibus oritur. Nam si à necessarijs oriretur, nō du- 27 bia, sed certa res esset. Cum tamē coniectura fit de re dubia. Est enim coniectura & rei (vt Speusippus ait) latentis indicium. Et est id, quod per rationes, & signa, & tempora, & huiusmodi conijcit, id est, cogitat & colligit. Et di- 29 cta est coniectura & à coniecto, coniectas frequentatiuo, quod idem est quod existimo, duino, atque ita a scientia differt, quod & Terent. in Eunuchis his verbis significat. Neque scio quid dicam, aut quid coniectem. Vel (vt Fa- 30 bius lib. 3. instit. oratoria, c. 7.) dicta est coniectura & coniectu, id est directione quadam rationis ad veritatem. Hinc statum coniecturalem appellat M. Tullius ad Herennium, cum per coniecturas queritur, an aliquid factū sit, vel non. Et coniecturam ita describit Bal. in l. ea qui- 31 dem, num. 10. C. de accusa. Est acceptio, seu reputatio veri ex aliquo alio sic verisimiliter ordinato. Signum, quod aliquando indicium, vel coniectura, vel nota, vel vestigium, tam à Rhetoricis, nempe à Fab. lib. 5. instit. oratoria, ca. 9. ac V. Aetorio, & Maioragio fufus in cōmentarijs ad libros Arist. de Rhetorica, quam à iure cōsulit nostris appellatur, ita à M. Tullio lib. 1. de inuen- 32 tione diffinitur. Signū est, & quod sub sensum aliquè ca-

dit, & quiddam significat, quod ex ipso profectū videtur, quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio, aut post sit cōsecutū; & tū indiget testimonijs, & maioris confirmationis; vt cruor, fuga, pallor, puluis, & que his sunt similia. Hinc itaque fit, vt si videmus gladium cruentum, statim argumentabimur eadem esse factam. Si magnum strepitum audimus in foro, seditionē ortam esse suspicamur. Si vocem audimus amici, cognoscimus eum adesse, sic ex gustu cognoscitur mel, quia dulce est, ex tactu glacies, quæ 33 frigida est, atque ita de cæteris. Hæc igitur oia, quæ & à sensibus ducuntur argumenta, vocantur signa. Id quod scripsit, & D. Aug. lib. 2. de doctrina Christiana relatus in c. signum, de consecr. dist. 2. Cum ita signum diffinit, signū 34 est res præter spem quam ingerit sensib. aliquid aliud faciēs, ex se in cognitionem venire. Quæ verò ducuntur ab 35 intellectu & vel opinione, verisimilia ducuntur (sicuti eru ditissimo Maioragio in cōmentarijs ad Rhetoricam Aristotelis placuit.) Cum non ignoremus eos, qui oderunt aliquem, cupere illum perditum, dicimus verisimile esse, Clodium insidias Miloni struxisse, vt eum interficeret, quem oderat. Signum quoque ab vfu sumi scripsit Bald. in l. a procuratore, in 1. notab. C. de procu. cum dixit furcas esse meri imperij signum, cum earū vfu sit, vt laqueos suspendatur delinquentes. His etiam intelligimus, quod inter se differat verisimile, & signum. Nullum autem verisimile tantū argumentum est necessariū. Fit enim veri- 36 simile & argumentum ex reb. probabilib. & quæ plerumque ita fiūt. Et ob id hoc verisimile à præsumptione iuris, vel hominis non differt. Signum aliquando necessariū est, vt si mulier lac habeat, necessarium est, vt pepererit. 37 Et hoc signum nil differt à præsumptione iuris & de iure, quæ & necessaria inartificialis probatio dicitur; vt abunde suo loco differuimus. Signa tñ aliqua dantur quæ 39 nullā in se necessitatem habent. Et hæc à præsumptione vel iuris, vel hominis non distant. Quod aut M. Tullius in signi diffinitione dicebat, signum esse, aut ante negotiū, aut in ipso negotio, aut post negotiū ipsum, ita ex Vi- 40 ctorij, & aliorum sententia declarari potest, ante negotiū signum est, vt mulierem lac habere, quæ duob. postea diebus paritura est, in negotio ipso est signū, vt si fumus est, ignis est. Et post negotium signum est, vt cinerem esse, signum est, quod ante fuerit ignis. Fabius verò lib. 5. instit. orat. cap. 19. ita scribit. Hoc genus per omnia perpendi solet; nam & coluisse eam cū viro quæ peperit: quod est præteriti, & fluctus esse, cū magna vis venti in mari incubuit, quod coniuncti; & cum mori, cuius cor vulneratum est, quod futurū necesse est. Non hic prætermittendū duxi, quod scripsit Torre cremata in c. signum, in fin. de cō- 40 secr. dist. 2. cum dixit, quod signorum & quædam sunt naturalia, quæ quasi naturaliter aliquid significant, vt nubes naturaliter significant pluiam, & fumus ignē. Quædam sunt data, hoc est quæ sunt instituta ad aliquid significandum, vt circulus est institutus ad significandum vinum venale. Et voces sunt signa eorum, quæ in animo sunt. Quæ quidem distinctio cum præcedentibus, si rectè consideretur, conuenit. 41 Suspicio est passio animi aliquid firmiter non eligentis. Ita diffinit Bal. in rubr. C. de proba. num. 4. Vel suspicio est animi motus ad aliquid cum vehementi titubatione, sicuti describit idem Bal. in l. ea quidem, n. 3. C. de accus. & sentit idem Bald. in rubr. de controuers. inuestit. nu. 7. vbi constituit quatuor gradus animi motus. Vt etiam cum D. Thom. 2. 2. q. 60. artic. 3. ita potest suspicio 43 describi, vt sit opinio mali ex leuibus indicijs procedens. Quam sanè descriptionem à M. Tullio sumpsit, & ex recentiorib. eam probauit Iacobus Simancas in lib. catholicarum institutionū, tit. 50. de præsumpt. nu. 22. & idem in praxi contra hereses, tit. 41. nu. 1. Verum omnium clarior rem hanc explicauit Bart. in l. admonendi, nu. 21. ff. 44 de iureiur. cum docuit, suspensionem & esse, quæ animum iudicis

iudicis aliquo leui argumento in aliquam partem inclinatur, et non oem excludit dubitationem, Quocirca scriptum reliquit Gemin. in c. habuisse, in tertio notab. 33. dist. suspitionem esse speciem quãdam probationis inducentem animum iudicis ad aliquid credendum, non tñ habere eum probationis gradũ, quò fixè applicat iudex ille animum ad vnam partem, sed eum ambiguum reddere. Hanc suspitionem Alex. Alensis in summa, parte 3. q. 45. membro 7. dum nullam visus est facere differentiam inter præsumptionem, & suspitionem, ÷ diuidit in temerariam, violentam, leuem & probabilem, quam quidem diuisionem commemorauimus supra q. 2. Re- 47 citius dicere possumus, suspitionem ÷ tres habere gradus, secundũ D. Tho. 2. 2. q. 60. art. 3. Primus est cum homo ex 48 leuib. indicij dubitare incipit. Cũ enim ÷ nulla adest rō, nullaquẽ causa, qua iudex magis in vnam partem quam in alteram inclinatur, eum dubitare dicimus, ita gl. in l. de statu ff. de testam. & in rubr. ff. de iur. & fact. igno. Et du- 49 bius ÷ is dñr, qui cum duas vias habet, vtram eligat, nescit. Iudex ergo tunc dubitare dicitur, cum non magis animum suum ad actorem quam ad reum, non magis ad absolendum, quam ad condemnandum, applicat. Quod si post dubitationem iudex leui aliquo indicio, aut argu- mento animum suum in alteram partem flectit, neque tamen a se dubitationem remouet, hoc ipsum suspicio, appellatur, l. in lege Aquilia si delectum. ff. ad leg. Aquil. Et primo hoc in gradu suspitionis obseruandum est, q̃ 50 si indicia illa leuia admodum sunt, suspicio ÷ quã inde causatur, temeraria dñr, & reiicienda omnino venit, l. 1. §. si suspicio, ff. de incendio, ruina, & naufragio, & c. tua, de etate & qual. scribit Ripa in l. admonendi, num. 89. ff. de iureiur. Non enim tunc aliquem probationis gradũ facit, sicuti nec præsumptio temeraria; vt docuit Bal. in l. siue possidetis, n. 5. C. de probat. & hæc suspicio appel- 51 latur a Salic. in rubr. C. de probat. ac a Gulielmo, Mayne- rio in l. si obscuris, nu. 3. de reg. iur. quãdam ÷ animi pas- sio cum præcisa ignorantia, & subiungit Maynerius nil differre a temeraria præsumptione. Quare scribit Spe. in tit. de præsum. §. species, nu. 1. a iure non recipi, cũ a ma- lis hominib. mala mente causetur. Et peccatum esse, ve- niale tñ, dixit D. Tho. 2. 2. q. 60. art. 3. qui subdit, qđ imò mortaliter peccat, qui firmiter hinc temeraria credulita- 52 ti inhæret, vel secundũ eã indicat. Secundus est suspicio nis ÷ gradus, cum iudici fortiora argumẽta apparent, & incipit opinari, & vni parti adherere, aliquod tñ dubiũ modicum adhuc remanet. Et hæc opinio appellatur, si- cuti scribit inter multos Coraf. in l. admonendi, part. 1. nu. 105. ff. de iureiur. & ibidem Ripa nu. 91. opinionem 53 ita describit. Est ÷ animi motus cum hæsitacione aliquid eligentis. Et subiungit, opinionem consistere secundũ gradum probationis. Hæc verisimilis suspicio, vel vehe- mens a nostris aliquando appellatur, & quã a præsum- 54 ptione differt. Nã ex multis suspitionib. ÷ conficitur, at- que causatur præsumptio, vt scribunt Bal. & Salic. in au- th. si quis ei, in fi. C. de adult. & cum eo Brun. in trac. de indicij & tortura. par. 2. q. 8. nu. 4. & Ripa in l. admonē- 55 di, nu. 90. ff. de iureiur. Arnaldus Alb. in trac. de agnosc. assert. cathol. & hæret. q. 34. nu. 45. Huius suspitionis ve- risimilis seu vehementis exemplum adfert Simancas in praxi contra hæreses, tit. 41. nu. 3. si quis explicitè neget aliquas propositiones fidei, quas tenetur ex officio scire, is vehementer suspectus est; quamuis fieri possit, vt ta- 56 lis negatio ex ignorãtia vel animi leuitate sit orta. Hanc vehementem ÷ suspitionem æquiparari præsumptioni iu- ris, scribit Albert. loco præallegato, n. 46. quod minimè verum existimo. Tertius est suspitionis gradus, qñ iudi- 57 cii, post ÷ se conceptam opinionem, alia vrgentiora ita lu- perueniunt argumenta, vt constanter, & sine dubio vni parti adherat, tunc violenta suspicio appellatur, & cre- dulitatem fidemque causa, auth. si quis ei, C. ad leg. Iul.

de adul. c. literas; de p̃sumpt. Et hæc ipsa credulitas quo- ad effectum hunc adherendi, nil differt a scientia, & si differt in modo adherendi. Nam argumentis adheret, qui credit: at qui scit, certa ratione, vtroq. sensu & cor- poreo adheret, l. 2. §. quod obseruari. C. de iureiurand. propter calum. dan. & annotant Ripa & Coraf. in l. admonendi, ff. de iureiur. n. 92. iste parte prima, n. 106. Quib. quidem in locis hæc esse violentam suspicio- nem affirmant; imò hanc esse præsumptionẽ iuris, & de iure, scribit Arnaldus Alb. in trac. de agnoscendis assert. Cathol. & hæret. q. 34. nu. 46. qđ verum non est, nec iure probatur, cũ præsumptio iuris & de iure illa sit, quã à le- ge clarè approbata est, vt diximus supra. Exemplum hu- lus violentæ suspitionis adferri p̃t vna cũ bene erudito Iacobo Simanca libro catholicarum institutionum, tit. 50. de præsum. n. 26. & in praxi hæreseos, tit. 41. nu. 4. Si quis propositiones hæreticas publicè asserat, vel cere- monias impiorũ faciat. Nã et si possibile sit, quod errore ductus & sine intellectu, aut sine pertinacia faciat; atqñ ecclesia, quã indicat exteriora, violenta suspicione qua- dam suspicatur, hunc esse hæreticũ. Id quod & auctori- tate Gerlonis, de p̃testacione. cõsideracione vltima affir- mat Simancas, est aliud ex plũ in casu l. vlt. §. vlt. C. arbi- triũ tutelæ, vbi gl. in verbo, violenta, & apertius Bal. ibi n. 7. & Sal. in fi. & attingam in fra in lib. 6. præsumpt. 96. Adminiculũ est, ÷ secundũ Bal. in l. ea quidẽ, nu. 9. vt sic. adminiculum. C. de accusat. duplex, vehemens & nõ 58 vehemens. Vehemens est ÷ suppletio defectus probatio- nis per se solum non operans, sed cum alia cooperacione cooperans. c. vlt. de succes. ab intestat. quod ita intelligit Bal. cui accedit l. instrumenta domestica, C. de proba- 59 tio. Non vehemens adminiculum ÷ est aliquis confir- matio rei probabilis, l. 2. §. 1. ff. de excus. tut.

Præsumptio quomodo, & in quibus a fictione differat.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptionem a fictione differre, vel sola vtriusque definitio indicat.
- 2 Præsumptio semper versatur circa rem dubiam, quã esse, vel non esse potest.
- 3 Præsumptio versatur circa id, quod est gestum, sed ignoratur qualiter gestum.
- 4 Fictio est in re certa, eius quod est possibile, contra veritatem pro- veritate, a iure ficta assumptio secundum Bar.
- 5 Fictiois sex definitiones recenset Iason l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap.
- 6 Fictio est indubitata falsitatis pro veritate assumptio, in casu possibili, & ex iusta causa ad inducendum aliquem iuris ef- fectum, equitati naturali non repugnantem secundum An- gelum.
- 7 Fictio est legis aduersus veritatem in re possibili ex iusta causa dispositio, secundum Alciatum.
- 8 Fictiois natura, & substantia est, vt esse fingatur, quod re vera non est.
- 9 Fictio fingit vera esse ea quã vera non sunt, præsumptio super- re dubia est, quã ita esse, vel non esse potest, & prima est hæc differentia.
- 10 Fictio cum veritate nunquam conuenit, præsumptio sæpe.
- 11 Fictio nunquam admittit probationem contra se, præsumptio au- tem sic, estque hæc secunda differentia, num. 15.
- 12 Fictio dicitur esse quãdam legis prouiso, & dispositio ita con- stabilita.
- 13 Fictio non est probationis species, vt præsumptio.
- 14 Probatio est contra fictionem non admittatur, atramen per in- directum probari potest, nempe demonstrando cessare equi- tatem super qua fictio fundata est.
- 16 Præsumptionem iuris & de iure fictionem esse, qui dixerunt, erroris conuincuntur.

- 17 Præsumptio ab homine introduci potest, fictio vero non, estque tertia hæc differentia, nu. 18.
- 19 Fictio dicitur dispositio legis, cui renunciari non potest, præsum- ptio est dispositio hominis, atque id eo ei reſte renunciatur.
- 20 Præsumptio vna alteri potest aduersari, fictio vna non potest esse contra aliam, estque quarta differentia, nu. 21.
- 22 Præsumptiones plures vna simul concurrere possunt, diuersum in fictione, estque hæc quinta differentia, nu. 23.
- 24 Fictiones duæ, quia sunt tanquam duo specialia, simul esse non possunt, at præsumptio simul esse potest cum vna specialitate, estque sexta hæc differentia, nu. 25.
- 26 Fictio denotat improprietatem, præsumptio proprietatem, est- que differentia septima, nu. 27.
- 28 Statutum dispones super casu vero, locum habet etiam in præ- sumpto.
- 29 Præsumptio versatur circa ea quã sunt facti, fictio circa ea quã iuris, & est differentia octaua, nu. 30.
- 31 Præsumptio in fictionem mutari potest a principe, fictio in præ- sumptionem verti non potest, est hæc nona differentia, nume- ro 33.
- 32 Præsumptio versatur circa ea quã vera esse possunt.
- 34 Præsumptio ex dicitur de persona ad personam fictio vero non, estque differentia decima, nu. 35.
- 36 Præsumptio allegari debet, in fictione id non est necesse, & sic consuetudine differentia vndecima.
- 37 Fictio est de re clara.

Q V A E S T I O V I I I.

Q V A E R O octauo, quomodo præsumptio, & in qui- bus differt a fictione? Et multum differre, vel so- 1 la p̃ia vtriusque diffinitio significat. Nam supra q. 3. ex Baldo, & ceteris diximus præsumptionẽ iuris, & de iure esse statum a iure promulgatum ex indubia coniectura. Vel est dispositio legis aliud præsumens & super præ- sumpto, tanq̃ sibi cõpoto statutis. Præsumptio vero iu- ris tñ est similitudo quãdam sufficiens ad rem dubiã, de qua creduntur credenda. Vel est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quã alio non adducto, pro- veritate habetur, ita cum Bal. & Ale. diffiniunt supra q. 4. Præsumptio vero hominis est (de vehementi nuncio- quor) vehemens applicatio animi boni viri ad valde ve- rissimile. Et præsumptio hominis non vehemens est incli- natio animi boni viri ad eligendum alterum extremo- rum, ex intellectu proueniens, & coniectura nobilis. Ita cũ Bal. diffiniunt supra q. 5. Hæc oēs diffinitiones demonstrat 2 præsumptionem semper versari circa rem dubiam, quã esse, vel non esse potest: Et (vt scriptum reliquit Marius Salomonius in l. Gallus. §. quidã recte, num. 32. ff. de li. & posth.) versatur præsumptio circa quod est gestũ, sed 3 ignorat qualiter gestũ. Fictio vero est in re certa eius, quod est possibile contra veritatem, pro veritate a iure ficta assumptio. Ita fictionẽ definit Bart. in l. si is qui pro emptore, nu. 2. ff. de vsucapio. quem crebrius alij secuti 5 sunt, vt asserit Curt. iun. in cons. 4. nu. 15. Sex alias diffi- nitiones fictionis recenset Iason d. l. si is, qui pro empto. nu. 168. Illa q̃ considerauit Angelus videtur ceteris ple- nior, cum dicit: fictio est ÷ indubitata falsitatis pro veri- tate assumptio in casu possibili, & ex iusta cã ad inducen- dũ aliquem iuris effectũ, æquitati naturali non repugnã- te. Aliam adfert definitionem Alc. in trac. de præsumpt. 7 in prælud. js parte. 1. nu. 2. cum dixit, fictio est ÷ legis ad- uersus veritatẽ in re possibili ex iusta cã dispositio. Quã sanè diffinitionem probauit & ipse Alc. li. 6. parerg. iuris cap. 1. Et quamquam in hac fictione definienda inter se multum dissentiant Dd. attamen in eo oēs conueniunt, 8 fictionis naturã ÷ substantiã esse, vt esse, fingatur, quod re vera non est. Et ex hoc oritur prima & præcip̃ u 1 differ- entia inter fictionẽ & præsumptionẽ. Nã (vt diximus) 9 fictio fingit vera esse ea, quã re vera nõ sunt. Præsumptio

vero præsumit super re dubia, quã sita esse, aut non esse 10 pot. ÷ Vnde fictio numq̃ conuenit cum veritate, præsum- ptio vero læpe. Ita hanc differentiam expressim annora- runt gl. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vx. ad. Gem. & Tur- recremata in c. ferrum. 50. dist. Alex. cons. 158. nu. 7. li. 2. Butr. & Fel. in c. quanto. n. 2. de præsc. Ia. in l. si is qui p- emptore. nu. 168. ff. de vsuca. Cur. iun. consil. 4. nu. 15. & Ale. in præcitat. locis. Berous in c. at si clerici. in princ. nu. 110. de iud. qui dixit hanc differentiam esse ex nati- uitate, & Euerar. in ceteria legali in loco a fictione. n. 5. Scda differentia inter præsumptionem, & fictionem est 11 illa, quã verè fluit a p̃cedenti. Quod. l. fictio nunquã ad- mittit probationem contra se, ita scribunt Soc. in l. cum auus. auus, n. 73. ff. de condit. & dem. Fel. in c. quanto. nu. 2. de præsump. Alci. in Tract. de præsump. in prælud. js parte 1. nu. 4. & Euerard. in ceteria legali in loco a fictione. n. 12. 5. in fi. ex gl. c. 2. de arb. in 6. & rō esse videtur, quã fictio ÷ dicitur esse quãdam legis prouiso, & dispositio cõstabilita, vt ait Berous in c. at si clerici. in prin. nu. 110. de iud. qui 13 ibi scribit fictionem tñ esse probationis sp̃em, vt est p̃- sumptio. Cæterum egregiè scribit Soc. in d. l. cum auus. 14 nu. 73. quod est cõtra fictionem non admittit ÷ proba- tio, atqñ probari per indirectum nõ nempe demonstra- do cessare æquitatẽ, super qua fictio fundata est, alio et modo indirectè probari contra fictionẽ scribit. Soc. iun. in l. 4. §. Cato. nu. 136. de verb. obl. Præsumptio at sui na- 15 tura p̃ admittit cõtrariam probationẽ. De præsum- ptione iuris, & de iure, licet regulariter nõ admittat contra se omnẽ probationis specie: at tamẽ certũ est, ali- q̃ admittere vt confessionẽ partis aduersę & indirectam, de quib. suo loco dicemus. Quã ex re intelligimus erras- 16 se illos, q̃ qui absolute dixerunt, præsumptionem iuris, & de iure esse fictionem. Quo in errore versati sunt glo. in l. vlt. in prin. in verbo, præsumptio. ff. quod metus cau. & gl. in l. conficiuntur. in prin. in verbo creditur. ff. de iu- re codic. & Curt. iun. in cons. 4. nu. 15. verfic. & ex præ- missis. Et si enim in eo conueniant, quod sicuti fictio cõ- tra se probationem non admittat, ita nec admittat præ- sumptio iuris, & de iure regulariter, nihilominus natura sua (vt diximus) maximè inter se differunt. Tertia est differentia inter præsumptionem & fictio- 17 nem, quod ÷ præsumptio ab homine nempe a iudice in- troduci potest. Et ideo sup. q. 5. diximus præsumptionẽ ali- quam appellari hominis q̃ hõ, hoc est iudex eam exco- gitet, & inueniat, & quã quidem magni effectus est, vt 18 suis locis demonstrabimus. Fictio vero ab homine tñ quã induci potest. l. si forte. ff. de callt. pecu. omnes in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. & in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsuca. vbi Bar. nu. 24. Atret. in l. si ita stipu- larus fuero. ff. de verb. oblig. Barb. in l. cum acutissimi. n. 58. C. de fideicom. Socin. in l. cum auus. nu. 72. de con- dit. & dem. & Alex. in cons. 158. nu. 9. lib. 2. qui intel- ligit procedere quoad alterius præiudicium, & si quo ad sui damnum quis possit. Iacob. Niger in l. 1. §. si quis ita. n. 25. de verb. obl. Et hinc sequitur, quod fictio dicitur 19 ÷ esse legis dispositio, cui renunciari non potest. Præsum- ptio vero est hominis dispositio multis in casibus, vt de- clarabimus in fr. quãc. 42. & ideo remitti illa potest, vt ibi dicemus. Quarta est differentia præsumptionis & fictionis, q̃ 20 præsumptio vna ÷ aduersari alteri potest; & ob id potẽ- tior minus potentem tollit ac perimit. l. diuus. ff. de in- tegrum restit. & dicemus copiosè infra in q. 27. Fictio aut vna esse ÷ non potest contra alteram l. 3. §. e contrario, vbi Bar. Alex. & Ia. ff. de acq. pos. & in specie Alc. in tra- ctat. præsumpt. in prælud. part. 1. nu. 5. Quinta est differentia inter præsumptionem, & fictio- 22 nem, quod plures præsumptiones tñ simul esse, & cõ- currere possunt, ut re ipsa uidemus, & explicabimus in- fra